


ria maximi circuli DB , & completis quadrantibus CAD & CBE ,
 producantur AB & DE , donec se inuicem secent in F signo. Erit er-
 go uicissim in F polus ipsius CAD , eo quod circa A & D sunt angu-
 li recti. Et quoniam si in sphaera maximi orbis ad rectos sese
 inuicem secuerint angulos, bifariam & per polos se inuicem se-



cant. Sunt ergo & ABF & DBF quadran-
 tes circulorum, cumq; data sit AB , datur & re-
 liqua quadrantis BF , & angulus EBF ad uer-
 ticem ipsi ABC dato æqualis. Sed per præce-
 dentem demonstrationem subtensa dupli B
 F ad subtendētem dupli EF , est sicut dimeti-

ens sphaeræ ad subtendētem duplum anguli
 EBF . Sed tres earum datae sunt, dimetiens sphaeræ, duplæ BF ,
 atq; anguli dupli EBF , siue semisses ipsorū. Datur ergo per XVI
 sexti Euclidis etiam dimidia subtendentis duplam EF per cano-
 nem ipsa EF circumferentia, & reliqua quadrantis DE , siue angu-
 lus C quæsitus. Eodem modo ac uicissim sunt subtensæ duplici-
 um DB ad AB , & EBC ad CB . Sed tres iam datae sunt DE , AB , & EBC
 C quadrantis circuli, datur ergo & quarta subtendens duplum
 CB , & ipsum latus CB quæsitum. Et quoniam subtensæ duplicium
 sunt ipsorum CB ad CA , & BF ad EF : quoniam utrorumq; sunt
 rationes sicuti dimetientis sphaeræ ad subtensam duplo CBA an-
 gulo, & quæ uni eadem sunt rationes, sibi inuicem sunt eadem.
 Tribus iam igitur datis BF , EF , & CB , datur quarta CA , & ipsum
 CA tertium latus trianguli ABC . Sit iam AC latus assumptum in
 datis, propositumq; sit inuenire AB & BC latera, cum reliquo an-
 gulo C , habebit rursus permutatim subtensa dupli CA ad subten-
 sam dupli CB eandem rationem, quam subtendens duplum ABC
 angulum ad dimetientem, quibus CB latus datur, & reliqua AD
 & BE ex quadrantibus circulorum. Ita rursus habebimus ut sub-
 tensam dupli AD ad subtensam dupli BE , sic subtensam dupli A
 BF , & est dimetiens, ad subtensam dupli BF . Datur ergo BF circū-
 ferētia, qd; supereft AB latus. Simili ratiocinatiōe ut in precedē-
 tibus ex subtendentibus dupla BC , AB , & FBE , datur subtensa du-
 pli DE , siue angulus C reliquus. Porro si BC fuerit in assumpto, da-
 bitur rursus ut antea AC , & reliquæ AD & BE , quibus per subtēsas
 rectas